



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrivm S. Sozontis: Ex eo quod est apud Mataphrasten. Coronatus est  
anno Christi 305. Marcelli Papæ 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42728**

tere sibi dignaretur. Sed antè quam missus a  
eo nuncius medium iter expleuisset, virgo lō-  
gè diffusa, diuinitus (vt creditur) de transeu-  
sancti viri præmonita, vestes funebres, quibus  
defuncti corpus inuolueretur, misit. Ijs vixdū  
allatis, beatus ille è corporis ergastulo in ce-  
los migravit: cuius funus non minus lustrōse  
quam honorificè à discipulis in oratorio, quod  
ipse construxerat, curatum fuit.

*Miracula in  
Translatione corporis  
eius.*

Centesimo quinquagesimo tertio ab obitu  
eius anno, Abbas Rodin<sup>o</sup>, angelico admonitus  
oraculo, sacrū eius corpus de tumulo leuauit.  
Quo aperto, tanta odoris suauitas omnium re-  
pleuit nares, vt haud dubiè diuinū quid ibi ab-  
ditū crederet: & ecce quod magis stupendū, sa-  
crū corpus ab omni corruptione ita alienū in-  
uentū est, ac si eodē die spirit<sup>o</sup> ex eo migrasset.  
Dixisses hominē in lectulo, compositū, fomnū  
carpere; nā & ipsa linteamina, quibus inuolut<sup>o</sup>  
erat, nihil in se corruptionis habebant. Sed &  
herbæ, quæ sepulturæ eius die appositæ fuerat,  
quas nullas pro temporis antiquitate putares,  
adèd virides sunt repertæ, ac si terræ radicibus  
inhærentes, irriguis aquis virescerent.

*Vide Tom. 2. Annal. C. Baron.* MARTYRIVM S. SOZONTIS: EX  
eo quod est apud Metaphrasten. Coronatus est  
anno Christi 305. Marcelli Papæ 2.

*Septem.  
Galerius  
Maximia-  
Imperator  
in Oriente.*

**T**EMPORE quo \*Maximianus Ciliciz  
Præses impietatem auget extolleret-  
que, & in ipsa præcipuè Pompeiopolitani-  
uitate infana nimis simulacri cuiusdā supersti-  
tione conflictaretur, Tarasius quidam, patrij  
Lycio-

Tonia oriundus, Christi gratia à nefando  
 demonum cultu ereptus, ad veri Dei castra  
 transiit: & pro Tarasij nomine in fonte sacro  
 sibi nomen assumpsit. Erat is opti-  
 mus adolescens, & pascendis pecoribus  
 præcipuè operam dabat: ita tamen,  
 cuiusvis ouium pastor pabulū diuini verbi ho-  
 minibus etiam frequenter administraret. Cū  
 autem aliquandò iuxta fontem amænissimo  
 in circuitu gramine gratissimū, gregem pasce-  
 ret, eum valdè opportunus & suavis admo-  
 dum inuasit somnus: qui visione quadam illu-  
 stratus, magnum ei ad omnem pietatem adde-  
 bat animus. Cū verò insolito quodam per-  
 fectus gaudio egregius ille pastor indè Pōpeio-  
 polim abiisset, cerneretque in ea ciuitate re-  
 bus Christianorum humi deiectis, summeque  
 neglectis, solam impietatem florere, cultum-  
 que demonum in pretio esse, ille magno pieta-  
 tis zelo cōcitus ad fanum venit, dexteramque  
 aureæ statuæ confregit: eaque diuendita, pau-  
 perum multitudinem aliquamdiu sustinuit.  
 Non poterat ea res diu latere ædituos: qui  
 confestim plurimos, ad quos fortè suspicio  
 pertinebat, in vincula cōijci, & quæstionibus  
 acerbè exerceri curarunt: sacrilegum illum  
 maleficorum omnium sceleratissimum cla-  
 mantes, qui Dei manum surripere veritus non  
 fuisset.

Interea miseri illi cū finè causa pessimè ha-  
 berentur, nec quisquam esset, qui innoxijs opem  
 ferret, Sozō generosi animi iuuenis, intrepidè  
 ædituos accessit, seque vnum esse dixit, qui sta-  
 tuæ manum surripuit, eamque egenis distribuit:  
 quare

*Sozon ante  
 Tarasium di-  
 em.*

*Sozon pa-  
 stor ouium.*

*Viso eius.*

*Nota egre-  
 gium Sozon-  
 tis zelum.*

*Magna ani-  
 mi fortitu-  
 do.*

quarè se rogare & petere, vt innoxia capite  
missa faciant, & furorem in se vnum conuer-  
tant. Eam animi magnitudinem admirati da-  
monum cultores, hominem protinus ad Maxi-  
mianum adducunt; qui pro tribunali, maximo,  
quo potuit, fastu sedens, generosum iuuenem  
de nomine, religione, & patria interrogauit.  
Ad quæ cum prudenti non minus quam neg-  
no animo respondisset Sozon, tandem ait:  
Præses: Et qua audacia tu Dei dexteram furari pu-  
sumis.

*Prudentissi-  
mum pasto-  
ris respon-  
sum.*

Ea Præsidis verba excipiens Sozon, pruden-  
ter sanè constanterque respondit: Quod nec  
audaciæ, neque peccato hoc meum factum as-  
scribi debeat, testis mihi in primis est tuus ipse  
Deus: qui neque ea iniuria motus fuit, neque  
asperè quicquam dixit. Veruntamen si vox ali-  
qua ei foret, credo equidem quòd vestram ille  
dementiam potius argueret, quòd, relicto om-  
nium opifice, inane simulacrum tanta super-  
stitione colitis. His ægrè in aures admittis,  
Præses; Si vis, inquit, delicti tui veniam conse-  
qui, confestim Deo, cui te sacrilegij reum fecisti,  
sacrifica; & nostram insuper gratiam cum  
amplissimo munere consequeris. Cui Sozon:  
Ne ego, inquit, quouis simulacro stolidior forem,  
si eum statuerem colere, qui nullo sensu  
præditus, neque illatam iniuriam vlceri, ne-  
que in periculis constitutus aliorum opem im-  
plorare, neque qualia patiatur, protestari po-  
test.

*Immanissi-  
mè laniatur.*

Maximianus his ad iram furoremque pro-  
uocatus, præcepit martyrem ferreis laniari  
ungulis: indè ad ipsa vique ossa carne nudum  
calceis

acutis clavis confixis indui, iisque cum  
 dolore, cum ad ludibrium ambulare. Sed  
 athleta Tyranni ludibrium suas lau-  
 reputabat, seque purpureo tinctum san-  
 circumspiciebat lætus. Cæterum Præses  
 animi fastu victoriam metiens, & Christi  
 martyrem à vili abiectoque, sancto tamen, pa-  
 oris officio despiciens, Tibia, inquit, cane So-  
 zoni, cras magna procedente dea: & per illam  
 quod ab omni cruciatu protinùs libera-  
 beris. Martyr autem: Tu quidem ludibrio me  
 perens, à maligno dæmone instructus, hæc lo-  
 queris. Ego autem & prius quidem tibia in a-  
 grotectè, cecini, measque oues ad lætā deduxi  
 palcua & reduxi: nùc verò cano Domino Deo  
 meo canticum nouum, eius salutare omnibus  
 annuncians. Tua autem dea fuerit omninò, vt  
 est in prouerbio, a sinus ad tibiam, vt potè ina-  
 nima, nulloque sensu prædita.

His magis in eum accentus Præses, plagas  
 multiplicari iubet tanta crudelitate, vt dis-  
 iuncta corporis compage, pia martyris viscera  
 in aqua diffuerent. Deindè copioso accen-  
 so rogo, minabatur, se reliquias flâmis absump-  
 turum, ne vlla omninò nominis eius memoria  
 extaret. Desudabât intereà in inferèdis marty-  
 ri supplicij carnifices; cū ille in medijs tormè-  
 tis tanquam in molli strato beatam Deo animã  
 reddidit. Porrò cū flamma ignis in altū sub-  
 iacta iam reliquias expectaret, subitò hor-  
 ribilæ tonitrua mixtis fulgetris & crebro imbre  
 ac grandine, lictores in effusam fugam compu-  
 lere. Amici autem martyris nihil terroribus  
 de celo, immissis commoti, secure martyris

Bbb

collè-

*Horrendis  
afficitur pa-*

*Reddit Deo  
spiritum.*

*Miraculum  
tempore se-  
pulturæ eius.*

collegere reliquias : Cumque ingruentibus noctis tenebris à studio sepulturæ tardarentur , cælestis quidam splendor ilicò adfuit, discussisque tenebris , præclaram facultatem sepeliendi martyris reliquias ijs præstitit. Lux enim illa ad ipsum usque comitata sepulchrum adfuit : nec prius densas nocturnebras dominari permisit , quàm sepulchri officio honorificè peracto , suam quisque omnium reuersus esset.

*Vide 3. & 4. Tom Annal. C. Baron.* VITA S. EVORTII, EPISCOPI AVRELIANENSIS: Ex ea quæ est apud V. P. Laur. Sarrum: Interfuit Concilio Valentino 4. celebrato in Gallijs, anno Domini 374. Damasi Papæ 8. Valentiniani Imp. 11. Reperitur sedisse viro 39. annos.

*7. Septem.  
Desianus  
Episcopus  
Aurelianen-  
sis.*

**S** Desianus Aurelianensi antistite vitæ munere sanctè perfuncto, cū de nouo eligendo episcopo in conciliū itū esset, etiam inter omnes & proceres & plebem orta est dissensio, vt à lōga concertatione ad arma curreretur, & teter admodū luctus & horror, fuso sanguine, urbē vniuersam inuaderet. Cumque ex cedes & seditiones Cōstantinum Imperat. latere non possent, ille subditis volēs cōsultare populis, Prophyrium quendam Præfectū edidit, qui compresso protinūs tumultu, prudenti concilio, ad pertractandum Dei negocium, Galliarum Episcopos aduocauit. Inaccessi vt primum ingressi urbem, cōperta populī discordia, ad funestum exitum cuncti redere viderunt, communi omnium sententia